



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XX. Gregorii Papae I. Ad Evm dem. Scribit se gregemque
dominicum vt precibus adiuuet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

iuste. Verumtamen quia inimica Deo discordia tuas partes accusat, locum & administrationem suam Honorato archidiacono restituas commonemus, atque concordem diuinis ministeriis competentia exhibere seruitia. Audiencia & quaestioni nostrae, si adhuc inter vos causa nutritur scandali, praedictus archidiaconus occurrat admonitus, atque dilectio tua pro partibus suis dirigat personam instructam, quibus praesentibus, solatiante Domino, nobis deposito studio personarum, quae competunt fauori iustitiae, decernere valeamus.

EPISTOLA XX.

GREGORII PAPAE I.

AD EVMDEM.

Scribit se gregemque dominicum vt precibus adiuuet.

Gregorius Natali episcopo Salonitano.

SCRIPTA reuerentiae vestrae, quae processioni nostrae ^{Grat. dist.} gratias referebant, offerente Stephano diacono, quem ^{74. c.} ^{Gesta.} direxistis, accepimus: & nimirum valde credenda sunt gratia & studio caritatis impensa, dum pontificatus nostri congaudere ordinem ratio commonebat. Idcirco nos salutationis vestrae causa reddidit latiores, conscientiam nostram indicamus, ipsius honoris onera me aegro animo suscepisse. Sed quia diuinis iudiciis non poteram resultare, necessario mentem meam parti latiori reuocaui. Pro quare reuerentiam vestram epistolario sermone deposcimus, vt tam nos, quam Christianus grex, cura nostrae commissus, orationis vestrae solatiis perfruamur, quatenus ea valeamus praesidii firmitate procellas temporum superare.